Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

incumbit. Quod si facere contempnunt a communione sunt repellendi. et quod quedam
uicia sunt enormia que per mundi iudices potius quam per antistites sunt puni
enda. et quia non persequitur qui ad malum cogit. Ibidem etiam queritur si contingat
aliquos malos puniri ab his qui non habent legitimam potestatem an sint rei effu
si sanguinis hii per quos puniuntur. ubi ostenditur quod aliquando punit deus pecca
ta per nescientes. aliquando per scientes. et quod non imputetur his qui puniunt. quamquam
non perueniat eis ad meritum. Ibidem etiam ostenditur quando utiliter mali cogantur
ad bonum. quamuis deus aspernetur coacta seruitia. Agitur etiam in ea de hereticis
an suis et ecclesie rebus sint expoliandi. et de catholicis qui possident he
reticis ablata. an dicantur possidere aliena. De episcopis etiam uel quibuslibet cle
ricis ibidem queritur utrum sua auctoritate uel magni pontificis auctori
tate arma ualeant arripere uel non. De quibus ibidem asseritur quod propria manu non
debent arma arripere. si contra fecerint qua pena sint feriendi ibidem ostenditur.
licet autem eis ad oppugnationem inimicorum dei atque ad oppressorum defensio
nem ut arripiant arma alios hortari. Ibidem etiam ostenditur de episcopis et cle
ricis reliquis qui leuitica sunt tantum portione contenti. qui preter decimas et primi
tias et oblationes nichil habere probantur. et de his qui preter hec etiam predia
possident siue rustica siue urbana. quod debeant imperatori et in quo
sint ei obnoxii non speciali beneficio immunitatem meruerint. De his
que aut imperiali beneficio uel per sepulture officio accepisse noscuntur
et preter priuilegium nullo iure tenentur astricti ad tributa uel uectiga
lia soluenda. de his autem que a quibuslibet emerint uel uiuorum donationibus
acceperint principibus consueta debent obsequia ut et annua eis persoluant
tributa et conuocato exercitu cum eis proficiscantur ad castra. Quod tamen ipsum
non sine consensu romani pontificis fieri debet. Agitur etiam in ea de sacer
dotibus quibus principes iudicia committunt. ubi ostenditur quod nec sua nec
imperiali auctoritate liceat eis iudicium sanguinis agitare uel debili
tatem membrorum inferre. Pena quoque ibidem ostenditur tam eorum quam quorumlibet
qui legitimam potestatem non habentes ista presumpserint. uel domorum incendia
fecerint. In ea etiam agitur de his qui simul hominem uulnerant. si ille mortuus
fuerit an homicidii reatum incurrant. XX.IIII. CAUSA.

IN XXIIII. causa de episcopis agitur qui in heresim lapsi. sacerdotes officio priuare